8 n *Apud nos tamen.*] Adde, †quòd ita fieri debet, vt dicit etiam Bald. in d. l. penultim. C. de ferijs, & de hoc etiam vide Boer. in deciſ. 259. nu. 8. vbi dicit, quòd nec in crimine læſ. maieſtatis facienda eſt executio in diebus in honorem Dei feriatis, exceptuando tamen executiones contra inſignes latrones fiendas, quæ de iure ſpeciali omni tempore fieri
9 poſſunt, † & feriæ dicuntur à feriendis victimis, eo quia erant dies ceſſationũ ab opere, & ab epulis feré dis, in talibus enim epulæ fiebant: Fab. de Montel. in prax. arbitr. fol. 478. par. 6. q. 3. vbi latiſſime de materia feriarũ, & quotupliciter conſiderentur. *Baiar.*

o *Regulariter autem.*] Alios quamplures caſus, in quib. differtur executio contra regulam, vide per diſcurſum apud pract. Carrer. vbi ſup. *Giach.*

o *Regulariter autem.*] Cartar. de exec. ſent. c. ñ. n. 411. *Roſ.*

deciſ. 409. n. 2. n *Apud nos tamen ſemper vidi executionẽ in alium diem non feriatum differri. Et ita ſeruãt iudices Deum timentes. Vide quæ dixi ſupra, q. 50. verſic. Pariter etiam, & q. 64. verſic. quæro an tortura.*

8 *Regulariter* o *autem nõ debẽt iudices differre executionem* p *ſententiæ capitalis. Et dicit Ang. in l. cum reis, in fi. C. de pœnis, quod vidit quoſdã aſſeſſores gratificantes in differendo executionẽ pœnæ, vt criminoſi gratiam habere poſſint: ſed malè faciũt, quia* q *amicus Dei eſt, qui interficit inimicos Dei. Vide quæ dixi ſup. q. 59. verſ. ſcias etiam.*

p *Sententia capitalis.*] Adde per Menoc. de arbi. lib. 1. od. 498. n. 5. Et vide per eundẽ etiam li. 4. cent. 4. ſup. 334. *Giach.*

q *Quia amicus Dei eſt.*] Adde, quod non tamen ita ſunt amici Dei, quin dicantur à lege latrunculatores, teneturque abſolutionem impetrare, ſi poſtmodum ad ſacerdotium promoueri volunt, quia licet fortaſſe actualiter ſanguinem non effuderint, potẽtialiter tamen, ſecundum eorum intentionem inſontes non fuerunt; & Quin. Mandoſ. tract. de ſignatu. grat. fol. 56. in libr. meo, à tergo: Contrarium tamen ſentit Boſſ. tit. de prin ſub nu. 209. vide in propoſito, quæ dixi ſup. ad q. 87. verſ. punctus eſt, q. 93. verſic. ſi
10 Iudex. Nota tamen, quod Papa poteſt, † imponere pœnã mortis ſtatuendo, ſed non exequendo, ad Felin. in c. ſi coll. mihi ſecunda ad med. extra de maior. & obed. *Drogh.*

QVÆST. XCVIII.

Quæ executionem ſententiæ capitalis impediant.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Ex quibus cauſis poſſit executio ſententiæ capitalis impediri.*
Et quid ſi condemnatus confugiat ad eccleſ. ibid.
Et quid ſi dum ad ſupplicium ducitur, tranſeat per eccleſ. vel cœmiterium, ibid.
2 *Et quid ſi amplectatur ſacerdotem portantem ſacram Eucbariſtiam.*
3 *Et quid ſi ipſe ſumpſerit ſanctiſſ. Sacramentum.*
4 *Et quid ſi dicat ſe prius quam deliquerit, feciſſe votum ingrediendi religionem.*
5 *Et quid ſi dum ducitur ad ſupplicium, obuium habeat Cardinalem.*
6 *Et quid ſi meretrix petat illum in maritum.*
7 *Et quid ſi poſt condemnationem effectu, ſit furioſus.*
8 *Et quid ſi poſt ſententiam latam appareat de ipſius condemnati innocentia.*
9 *Et quid ſi in actu ipſo executionis frangatur laqueus, vel huiuſmodi.*

Ex Additionibus.

1 *Mortis pœna quomodo poſſit à condemnato euitari, remiſſ.*
2 *Confugiens ad ſacerdotem portantem Eucbariſtiam, an, & quando liberetur.*
3 *Et quid ſi obuiet Cardinali, remiſſ.*
4 *Et quid ſi meretrix petat condemnatum in maritum.*
*4 *Executio differtur quando poſt ſententiam liquet de innocentia rei.*
5 *Sententia poſt decennium quando retractari poſſit in criminalibus inconſulto principe.*
6 *Et quid ſi ſit lata vigore ſtatuti quod contumax habeatur pro confeſſo.*
Felyn. impugnatur, ibidem.
7 *Abſolutio poteſt retractari inconſulto principe, ſi reus poſt abſolutionem confiteretur delictum.*
8 *Laqueus ſi rumpatur, dũ quis ſuſpenditur, an reus liberetur.*
9 *Et quid in praxi Auctor obſeruauerit.*
10 *Sodomita non liberatur ſi frangatur laqueus, dum ſuſpend.*
Lucæ de Penna error, ibid.
Fab. de Monteleo lapſus, ibidem.
11 *Meretricem ſcienter in vxorem accipiens, eſt mulieris conditionis, quam alijs.*

ADDITIONES, Ad Quæſt. xciij.

a *Succeſſiue videamus.*]
1 Adde, quod † Caſſan. ſuper conſuetud. Burgun. folio 185. numero decimoquinto accumulauit viginti quattuor caſus, in quibus ſecũdum eum condemnatus poteſt euitare mortem. *Baiar.*

b *Sed pone.*] Item adde,
2 † quòd forſan eſſet liberandus, ſi condemnatus fuiſſet pro delictis, quę immunitatem eccleſiæ haberent, ſicut autem ſi pro homicidio deliberato, vel pro aſſaſſinio, vel alio ſimili delicto, propter ꝙ in eccleſia non fuiſſet tutus, aliàs hoc abſurdum ſequeretur, quòd melioris conditionibus eſſet condemnatus, quam condemnandus, ſed in quocunque caſu arbitror, quod in practica non eſſet liberatus, ſed ſententia exequeretur, & de hoc vide etiam Couarruuiam variarum reſolutionum, capit. 20. num. 6. *Baiar.*

c *Amplectatur ſacerdotem.*] Cartar. de execut. d. tit. ſub nume. 428. in fin. *Roſ.*

QVÆST. XCVIII.

1 *Succeſſiue* a *videamus, an ſint ẽt aliqui caſus, quibus poſſit ex aliqua cauſa ſentẽtiæ capitalis executio impediri. Et in primis quæro, nũquid ſi condẽnatus forte dum ducitur ad ſuppliciũ, confugiat ad Eccleſiam, debeat in pace dimitti. Reſp. quod ſic, vt dixi ſup. q. 50. verſ. Scias autem, vbi etiã dixi, quid ſi condemnatus, dum ad ſupplicium ducitur, tranſeat per Eccleſiam, vel cœmiterium. Multi tamen ſũt caſus, in quibus Eccleſiarum immunitas non prodeſt delinquenti. Et ideò multo minus debet prodeſſe iam condemnato, vt in d. q. 30. per tot.*

Sed b *pone, quòd condẽnatus ad mortem aufugiat è manibus ſatellitum, & amplectatur ſacerdotem portantem ſacratiſſimam Eucbariſtiã, nunquid erit liberandus? Reſpon. Gloſſ. in c. quæſitum, in gloſſ. vnica, 13. q. 2. dicit quod non: ſed contrarium tenent cõmuniter Doctor. vt dicit Gomeſ. in §. pęnales, poſt nu. 50. Inſtit. de actio. quem refert Viuius in lib. communium opin. in verb. Condemnatus ad mortem. Et ideò tenendum eſt, quod ſit liberandus, perinde ac ſi ad Eccl. confugiſſet. Vide quæ dixi ſup. q. 30. verſ. Vlt. quæro.*

3 *Sed quæro, Tu ſcis, quod Eccleſia permittit reos ad mortem condemnatos poſt confeſſionis ſacramentum ſumere ſacram Eucbariſtiam, vt dixi infra q. prox. verſ. ſed quæro*

nunquid

Vlte-

d *Vlterius quæro.*) Adde
3 † videndum Barb. in tract. de præſtan. Card. in q. 9. 1. p. vbi impugnat hanc conſuetud. ſiue priuileg. & quatenus verũ eſſet, illud plurib. modis limitat, ſcil. in crim. falſi læſ. maieſt. hæreſ. vel horrendi crim. & ibi etiã dicit, quòd tale priuilegiũ non poſſet exercere per ſubſtit. Idem tenuit Plaz. epit. delict. non bene viſus per D. Clar. in c. 34. hic alleg. nu. 2. vbi multũ notabiliter impugnat, & deteſtatur dictam conſuetud. ſiue priuil. ſubdẽs ſi verè tale priuilegiũ à Papa emanatum fuiſſet, ꝙ in terris Imperij locum non haberet, de hac materia latè tradit Trraq. de pęn. cauſ. 55. vbi oſtendit honorem hunc delatum olim fuiſſe virginib. veſtalibus. *Baiard.*

e *Obuium habet Cardin.*) Non eſt ſine auctoritate antiqnorũ hæc reuerentia. Nã teſte Plut. in vita Numæ Põp. ſic etiam de veſtalib. loquitur, & ſi caſu in quépiam inciderint cũ ad lætum agitur, necari eum non licet. *Drogh.*

f *Nunquid erit liberandus.*) Cartar. de exec. ſẽt. c. fin. ſub nu. 428. *Roſſ.*

g *A morte liberare.*) Adde idẽ per Lu. Carrer. in pract. cri. §. homic. vlt. n. 74. vbi retulit Cæpol. qui ponit hanc caut. in 2. caut. vt procuret, vt Cardinalis tranſeat per viam per quam ducitur condẽnatus ad ſupplicium, & obuiam ſibi faciat, & apponat in capite condemnati pileum, & erit liber. Mihi tñ magis placet opinio Auctoris noſtri, & Carrer etiam ibid. ponit quid de filio Regis, & alios caſus, in materia liberationis, quos nõ trãſplãto, quia etiã alibi plenius tractantur. *Giach*

h *Quæro etiam.*) Adde,
4 ꝙ idẽ tenuit Gulielm. de Bened. in repet. c. Rayn. fol. 108. n. 249. vbi dicit, non eſſe de iure, et Boer. in dec. ſ. 217. nu. 20. dicit pluries vidiſſe hoc ſeruari in puella rapta, petente raptorem; ſed quò ad hominẽ condemnatum ad mortem, vidi ſeruari contrariũ: ſi hoc modo executio ſententiæ capitalis impediretur, vtiq. omnes condemnati, qui non haberent vxores, euaderẽt, & Iacob. de Beluiſ. in ſua pract. crim. in rub. de iniur. nu. 33. dicit condemnatum de iure, non eſſe tradendum meretrici; & hoc non poteſt fieri per Iudices de iure, vt dicit Caſſan. in loco hic allegato, ſed per Principẽ. Idẽ tenet Neui. in ſylu. nupt. in verb. eſt nubendũ, ſub num. 33. ſcilicet, quòd de iure communi non poſſit boc modo liberari, & ad hoc allegat text. in l. commiſſum. C. de adult. ex conſuetudine autem Franciæ, per petitionem liberatur à morte, vt tradit Tiraq. de pęn. caſ. 56.

Item adde, ſi condemnatus hoc modo eſſet liberatus, non poſſet dicere matrimonium eſſe nullum, tanquam metu factum, vt per Couarr. in 4. Decretal. 2. part. 2. part. cap. 3. §. 4. num. 17. Et accipiens meretricem ſcienter in vxorẽ eſt melioris conditionis, quam alius, quia eſt certus de qualitate ſuæ vxoris. *Baiar.*

i *Nunquid debet.*) Cartar. de exec. ſent nu. 428. c. fin. *Roſſ.*

Appa-

nunquid poterit cõdemnatus, ſumpto ſanctiſſimo ſacramento, dicere ſe eſſe liberatum? Reſp. quod non. Et ita pluries iudicatum fuiſſet refert Igneus in l. 1. in princ. nu. 5. ff. ad Sylle. Hoc enim modo Eccleſia quæ eſt cultrix iuſtitiæ, fieret auctrix iniuſtitiæ: quod nullo modo eſt dicendum. Bene (vt ibi dixi) eſt differendũ ſupplicium in aliam diẽ ſequentem.

4 *Sed quid ſi condemnatus dicat, quod antequam delictum cõmitteret, fecit votum ingrediendi religionem? Reſp. Aliqui tenent, ꝙ non modo eſt ſuperſedendum ab executione, ſed etiam ꝙ non attenta ſententia contra eum lata, eſt remittendus ad iudicẽ Eccleſiaſticum. Et ꝙ ſuper hoc, an ſcilicet eo tempore tale votũ emiſiſſet, ſtãdum eſt eius iuramento. Et hoc ab omnibus receptũ eſſe dicit Plaza, lib. 1. delict. c. 35. nu. 6. Hanc etiam dicit eſſe cõmunem opi. Viuius in lib. communium opi. verbo, Ordo Eccleſiaſticus, vbi etiã refert Girard. ſing. 51. atteſtari, ꝙ ita ſeruatur in practica, qui tamen in lib. meo hoc non dicit. Certe apud nos hæc cautela parum prodeſſet: nam præſuppoſito etiã voto, non credo, ꝙ ante impreſſionem caracteris clericalis, vel ſuſceptionem habitus, dici poſſit a iuriſdictione ſeculari exẽptus. Et ſi hoc admitteretur, omnes fere, qui nõ eſſent coniugati, poſſent facile pœnam mortis euadere: quod eſſet abſurdiſſimum. Et ideo rectè dixit Caſſan. ſuper conſue. Burg. fol 51. poſt nu. 69. quòd non credit, quòd iſtud obſeruaret in pract. quem refert Did. pract. 32. poſt n. 4. verſ cet. qui.*

5 *Vlterius* d *quæro, quid ſi condemnatus, dum ad ſupplicium ducitur,* e *obuium habeat Cardinalem, qui pileum ſuũ, ſiue galerum purpureum in capite ipſius condemnati poni faciat, nunquid* f *erit liberandus? Reſpon. Bald. in l. addictos, in fi. C. de appel. dicit, ꝙ Cardinales ex conſuetudine habẽt hoc priuilegium, ut ſi obuiam facti ſint condemnato, poßunt eum a* g *morte liberare. Idem atteſtatur Io. Sanſon ſuper conſuet. Turon. in tit. des crimes, art. 1. in fin. Gomeſ. Arias ſuper l. 2. Tauri, nu. 85. Et dicit Plaza lib. 1. delictorum, c. 34. num. 1. in fin. quòd tota fere vtriuſque iuris ſchola in hoc conſentit. Hanc etiam dicit eſſe communem opi. Gemeſ. in §. pęnales, nu 50. Inſtit. de actio. Ita etiam in practica obſeruari atteſtatur Paul. de Caſtro, & alij, quos refert Tiraq. de pœnis, cauſa 55. & Caſſan. ſuper conſuet. Burg. fol. 53. nu. 101. licet dicat ſe non credere, quod apud ipſos iſtud obſeruetur: quem refert Remig. de immu. Eccleſ. fol. 83. in 19. limitat. Ita etiam de conſuetudine dicit Paris Put. de ſynd. fol. 556. nu. 2. et Duennas reg. 81. Ego nunquam vidi hoc in practica contingere: ſi tamen caſus contingeret, eſſem in ſententia, vt poſſet pœna mortis mitigari, & reus ad triremes tranſmitti: & hoc in reuerentiam ampliſſimi ordinis Cardinalium, qui æquiparantur regibus, vt dixi ſup. lib. 2. §. Cardinalis, & in quib. reſidet tota fere maieſtas Chriſtianæ reip. Et hoc, niſi crimen, pro quo ille fuiſſet condemnatus, eſſet ex atrociſſimis, vt etiam videntur ſentire Doct. præallegati.*

6 *Quæro* h *etiam, quod ſi cum condemnatus ducitur ad ſupplicium, compareat meretrix, quæ petat illum ſibi dari in maritũ, nunquid debet cõdemnatus liberari, & illi meretrici coniugio copulari? Reſpon. Aliqui dicunt, quod ſic. Et ita practicari in Hiſpania atteſtatur Paris Put. de ſyndicatu, fol. 355. nu. 2. in fin. quẽ refert Ant. Gomeſ. c. 13. delictorum, poſt num. 37. verſ. quintus caſus, & Didac. in epito. ſuper 4. decretal. fol. 48. nu. 17. & Viuius cõmunium opin. in verbo, Condemnatos ad mortem, ver. 3. & Pract. Carer. fol. 553. nu. 85. Plaz. lib. 1. delictorũ, c. 34. nu. 6. Ita etiam obſeruari de generali conſuetudine totius Frãciæ atteſtatur Caſſan. ſuper conſuet. Burg. in tit. de iuſtices, §. 5. num. 97. quem refert Rub. ſuper conſuetudine Aluer. fol. 26. verſ. 12. caſus. vbi tamen ſubdit, quod hoc Papiæ obtinere non potuit: refert etiã Mantua in l. tranſigere, poſt nu. 65. C. de tranſact. & dicit Caſſan. in cõſuet. Burg. § 5. verb. s' il n' agrace. verſic. 12. caſus, tit. des iuſtices, & drotis d'icelles, quod ratio poteſt eſſe, quia maius ſupplicium eſt condemnato accipere vxorem, quam mori. Tu dic, quod forte potuit eſſe ratio, vt hoc pacto anima illius meretricis reduceretur a ſtat. perditionis ad viã ſalutis, tranſeundo a meretricatu ad matrimonium. Sed certe hæc practica in hoc Ducatu non obſeruatur. Et dicit etiam Tiraquel. de pœnis, cauſa 65. in fi. ſe neſcire, an olĩ id in Gallia fuerit obſeruatum: bene certo ſcire, quod hoc tempore nõ obſeruatur. Semel tamen vidiſſet illud in facti contingẽtia obſeruari per Parl. Pariſ. atteſt. Papo lib. 24. tit. 10. arr. 14.*

7 *Præterea quæro, nunquid ſi poſt condemnationem reus*

K *Appareat de innocentia rei.*] Adde ſupra q.94. verſ. eſt etiam ibi, ſi velit innocentiam ſuam demonſtrare; Probatur autem innocentia etiam per torturam, quando condemnatus admittitur ad nouas defenſiones, vt expreſsè dicitur, ſup.q.4. verſ.forma autem, ibi ſi verò non probat: vide ſup.ad q.4.verſicul. hæc autem omnia, vbi dixi, quia ex impoſſibili, de quo quis imputatur probatur innocẽtia, ſupr. q.52.verſ.1. Dixi ex mẽte Ciceron. ſup.ad q.94. verſ.Hæc autẽ omnia, & in propoſito huius verſiculi ad finem, videlicet quòd Iudex functus ſit officio ſuo, vide Dec.in l. etſi nihil in princip. ff.de reg.iur. vbi quod immò Iudex ex officio ſuccurrere poteſt. *Drogh.*

Appareat de innoẽtia.] Hic etiã nota, quod bãnitus pro homicid.ad mortem, & habitus pro confeſſo, & conuicto, poteſt nihilominus ſe oſtendere innocentem, vt habetur per Nattam, plenè, qui ſpinas nonnullas etiã euellit ſuo conſ.444. Itẽ,
*4 quod differatur † executio, vbi poſt ſententiam liquet de innocentia rei, vel vbi iudex videret iniuſtam ſententiam, habetur per Ludou.Carrer.in pract cri.§.homic.vltim. poſt citatos, num.77. & 78. *Giach.*

l *Contra eũ lata.*] Cartar.tract.de execut.ſent cap.fin.nu.39. *Roſ.*

m *Scias tamen.*] Cart. tract.de execut. ſentent. cap.fin. nu. 39. *Roſſ.*

m *Scias tamen.*] Cart. d.c.fi.n.47.& n.16. *Roſſ.*

Scias tamen.] Adde,
5 quòd in multis caſibus ſententia criminalis etiã poſt decennium retractari poteſt ſine conſultatione Principis, ſecundum Marſ.in pract.cri. §.oportunè, hic allegato,nu.24. & Fel. in capitul.conſanguinei,& capit.lator.7. declar. de re iudic vbi
6 inter alios caſus ponit, quòd quando † quis eſſet condemnatus vigore ſtatuti,quòd contumax habeatur pro confeſſo, eo caſu poterit iudex retractare ſententiã inconſulto Principe,& Felyn.ſequitur Natt.conſ.444.n.14.vol.2.Verum Boſſ.in tit. de remed.cont.bannit.n.3.impugnat dictũ Fely.& benè,alias ſequeretur,quòd omnes ſentẽtiæ criminales poſſent retractari à iudicibus ſine licentia Principis,cum omnes ſint latæ vigore d.ſtatuti,quod eſſet abſurdũ,& inconueniens,& valde periculoſum. Sed quocunq. ſit, ego conſulo iudicibus,vt non audeant retractare ſententias capitales cõdemnatorias incolſulto Principe, ne aliquid mali eis contingat, & hoc conſiliũ etiã dedit Fely.in d. c.cõſanguinei, & in c.de his,de accuſ.& Bart. in conſ.107.& ita ego ſemper obſeruaui,(licet in omnibus gubernijs mihi commiſſis magnam habuerim auctoritatẽ, quia ſemper fui Gubernator in capite,gerendo vices Principis cũ facultate gratiandi,& ita faciendo,nemo errare poterit: in caſu vero propoſito per Iaſ.in l.admonendi, ff.de iureiur. quem
7 refert, Boſſ.in tit.ſi aduerſ.rem iudic.nu.28. videlicet, † quòd quando abſolutus poſtea fateretur delictũ cõmiſiſſe, ſentẽtia poſſet retractari ſine aliqua conſult. Principis,& hoc ſeruaui, quia retractaui ſententiã,ſiue per Auditores meos ſeruare feci,eum puniendo,& non curaui conſulere Principem. *Baiar.*
8 n *Vltimo quæro.*] Adde Luc.de Pen.in l.1.col.7. verſ.ſed pone dãnatus, C.de deſert.li.12. vbi dicit,quod Princeps eſt cõſulendus, quando eſt dubium,an id miraculosè euenerit, & non interuenerit fraus, & proteſtatus fuerit de innocentia,quem refert, & ſequitur Boe.dec.217. n.18. Et in dubio præſumitur miraculosè factũ, vt per Alcia.de præſũpt. reg 3. præſumpt.44.n.6.
9 Et † cũ mihi euenißet caſus in ciuit. Aſculan. vbi etiã Gubernator de anno 1568. tempore Pij Papæ V .in quodã bannito nuncupato Finocchio,populus acclamabat illud miraculosè accidiſſe, & ꝙ ideò nõ debebat amplius ſuſpendi. Sed ego parum credens huiuſmodi miraculis,ſtatim mandaui M. D.Carol.Vitutio de Narnia locumtenẽti meo, vt faceret laqueum duplicari, quo duplicato, bannitus remanſit ſuſpenſus, poſtmodũ reperij apud Cagn.in l.fauorabiliores ff.de reg. iur. quem tunc non viderã, quòd ita factum fuerat per Gubernatores ciuit. Alexãdrię, & ibi dicit etiam Cagn. quòd liberatio non ſpectaret ad Magiſtratum, nec ad populum, ſed tantum ad Principẽ. Tiraq. de pęn. caſ. 64.
10 Item † adde, quòd propter huiuſmodi miraculum,dato, quòd condemnati venirent liberandi, hoc tamen non procederet in condemnato, propter nefandum vitium ſodomiæ, quia laqueo fracto pluries, vltimo ſupplicio tradendus eſſet, donec cum effectu anima ab eius corpore ſeparetur, vt tradit Luc de Pen.in l. ſiue ex prætoriano col.3.C.de exact.lib.12.quem refert, & ſequitur Fab. de Montele in prax.arbitr.par.3.fol 201.n.406. Sed hoc mihi non placet. Nam ſi fractura laquei eſt ſignum innocentiæ, ita poteſt eſſe innocens condemnatus ex hoc crimine, ſicut condemnati ex alijs delictis. *Baiard.*

o *Laqueus rumpatur.*] Cartar tract.de execut.ſent.in pręfat.nu.58.& ſeq. *Roſſ.*

p *Probato miraculo.*] Non debet tamen haberi pro miraculo,alio non ſequuto,ex quo aduerſatur Conc. Trident.ſeſſ. 25.tit.de inuocatione,& veneratione,ibi.Nulla etiam admittenda miracula; vide in addition.ad Dec.in l fauorabiliores in fin.ff.de regul.iur.Quòd dubium eſt circa probationes vtrum Reus ſit innocens; vt eſt,quando quis condemnatur ex vehementibus præſumptionibus, licet contra ius, & iuſtitiam, vt eſt in exemplo ſupra §.1.verſ. ſunt etiam in fin. & q 29. verſ. ſcias tamen,q.21.verſic.inimicitia,& verſic.ſcias tamen ad finem: Tunc liberari poteſt ſic euadens; ſecus autẽ quãdo clarè conſtat

efficiatur furioſus, debeat nihilominus ſententia contra eum lata exequi? Dixi ſupra q.60. verſ.ſed quæro.

8 *Sed nunquid ſi poſt ſententiam latam [k] appareat de innocentia rei, debet, eo non attẽto, exequi ſententia contra eũ lata? Reſp. quod non.Ita dicit Innoc. in c.ſignificantibus,in fi. de purg. vulg. quem ſequuntur communiter Doct. vt dicit Marſ. in pract.crim. §.apportune, nu.7. & in §. vltimo, nu. 13. Gram.conſ.cri.16.nu.23. Et poteſt poni exemplũ,puta,ſi ille, qui dicitur occiſus ab ipſo condemnato, appareat viuus, vel huiuſmodi. Vide, quæ dixi ſup. q.52.circa princ. [m] Scias tamen, ꝙ non debet iudex hæc caſu reum abſoluere: nam neq; poteſt id facere, cum lata ſententia iam ſit functus officio ſuo, ſeu debet ſuperſedere; & Principi reſcribere, l. 1. §. ſi quis vlt.ff. ex quæſt.Et ita notant communiter Doctores, ut dicit Ant. Gomeſ.c.8. delictorum, poſt num.4.*

9 *Vltimo [n] quæro, quid ſi in ipſo actu executionis contingat, ꝙ vel ſecuris non poſſit caput amputare condemnato, vel laqueus rumpatur, ita vt non potuerit remanere ſuſpẽſus, nunquid erit reus liberandus tanquam innocens? Reſp. De iure credo, quod hoc parum prodeſſet: nam omnino eſt exequẽda condemnatio iuxta formã ſententiæ, in qua communiter ſolent addi illa verba, Furcis ſuſpendatur, ita ꝙ moriatur, ſecundũ practicã, quam ſemper obſeruant aſſeſſores, teſte Iac. de Beluiſ. in pract. crim. in tit. de ſent. cri. poſt nu.8. & Fulg. in l. præſenti, C. de ys qui ad ſtat. confug. quẽ refert pract. Carer. fol.521.nu.17. Et ita ſe vidiſſe in practica obſeruari atteſtatur Papo lib.24.tit.17. arreſto 14. Nihilominus quando huiuſmodi caſus de facto contingunt, video plerunque non modo vulgus ignarum, ſed etiam viros doctos ſubſiſtere, præſertim quando reus prius quam ei auferatur ſupplicium. proteſtatur ſe eſſe innocentem. & dicit Io.Arn. ſoliloquio 5. Laqueus contritus, ꝙ cum hic caſus ex facto contigiſſet, ipſe reſpondit, quòd ille erat liberandus. Dicit etiam Boſſ. in tit de fauoribus defenſionis, nu. 11. quod tũc iſte caſus contigerat in quodam condemnato in amputatione capitis, cui ſecuris caput amputare nõ potuit: Et dicit ſe certo credere, ꝙ eſſet euaſurus. Dicit quoque Chaſſ. ſuper conſuet. Burg. fol. 55. poſt nu. 124. verſ. Addo & alium ꝙ vidit caſum contigiſſe, & ꝙ ille condemnatus. Aliquo modo [p] probato miraculo, fuit per curiam relaxatus. Reperio etiam, quod Cremonę quidam Marchetus Capriolus laqueo ſuſpenſus, & pluries a*

CONSUL USO EXCLU EN LA SA

conſtet condemnatum deliquiſſe, nec eſt aliqua dubitatio ſuper probationibus contra reum factis. Non enim aliquando deſunt incantationes vt ibidem. Hoc tamen latè, quando euenit, dici poſſet miraculũ, quia rarò ſic accidit, vt per Dec. in l.ea,quæ rarò, ff.de regul.iur. *Drogh.*

carnifice pedibus calcatur, cũ expiraſſe crederetur, cecidit fracto laqueo, & a ſeipſo ſurrexit incolumis. Et Senatus iuſſit, vt per dies aliquot ſuperſederetur, intra quos poſſet & pacem, & gratiam impetrare, & ita (ni fallor) habita gratia à Principe fuit dimiſſus 10. Maij 1546. P. N.

QVÆST. XCIX.

Quæ ſit forma exequendi Sententias capitales.

SVMMARIA.
Ex Claro.

1 *Quæ ſit forma exequendi ſententia corporalis.*
2 *Et quid ſi reus nolit peccata ſua confiteri Remiſſiue.*
3 *Et an capitaliter cõdemnatis dandũ ſit ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum.*
4 *Iudex an poſſit cogere aliquem, vt carnificis officium exerceat.*
5 *Expenſæ iuſtitiæ ad quem pertineat.*
6 *In quo loco fieri debeat executio iuſtitiæ.*
7 *Condemnati ad ignem an ſint viui comburendi.*
8 *Animal irrationale, quod aliquod maleficiũ commiſit, an ſit per carnificem morti tradendum.*
9 *Quando aliquis reperitur cõdẽnatus pluribus pœnis corporalibus, quomodo eſt facienda executio.*

Ex Additionibus.

1 *Iudex poteſt dare licentiam, vt condemnatus ad mortem per via occidatur, ſi dubitetur, quod, dum ducitur ad ſuppliciũ in itinere auferatur.*
2 *Condemnatus ad mortem non poteſt occidi.*
3 *Vilis perſona poteſt cogi ad faciendum officium carnificis.*
4 *Salarium carnificis quantum debeat eſſe.*
5 *Carceratus, qui poterat condemnari ad opus publicum, poteſt condemnari ad officium carnificis.*
Item poteſt Iudex facere gratiam reo morituro, ſi t vilis dictũ officium exercere, ibid.
6 *Iudex, qui reum mortis occidi fecit non pro tribunali, nec in loco ſolito, ſed in cõuiuio, & delitijs, vt meretricula complaceret, quæ volebat id videre, quomodo ſit puniendus.*
7 *Delinquentes debẽt publice puniri, niſi de licẽtia Principis, & ad requiſitionem parentum.*
8 *Ignis pœna quando imponatur, remiſſ.*
9 *Animal irraſionale ſi delinquat, an teneatur* Dominus.
Deformatus ab aliquo animali ob deformitatẽ non poteſt agere contra dominum, ibid,
Occidens animal ad defenſionem non tenetur domino, ibid.
10 *Et ſi coierit cum muliere, comburitur vna cum ipſa.*
11 *Sententia condemnatoria ad mortem, non exprimens genus mortis, quomodo ſit exequenda.*
12 *Et quid de ſententia condemnante ad plures pœnas.*
13 *Et quid ſeruetur in practica.*
14 *Bannitus ad caput, & furcæs quomodo ſit puniendus.*
15 *Furcarum pęna an ſit maior amputatione capitis, vel è contra.*

ADDITIONES, Ad Quæſt. xcix.

a *Qværo quæ ſit forma.*
1 Adde quod condẽnatus ad mortem, ſi dubitatur, quod auferatur in itinere, datur comiſſio à ſuperiore priuatis, quod ſi fieret violentia in itinere, gladio occidatur: & tales occidentes homicidium punibile non cõmittunt, quia videntur occidiſſe, vt publica perſona, Bartol. in l. additos, Cod. de epiſ aud. alias ſi-
2 ne † commiſſione prædicta non poſſet occidi impunè, ſecundum Bartol. de Cap. vt ibi refert Baldus, Bart. & Alex. in l. eiſdem, §. transfugas, ff. de ſicar. Afflict. in conſtitut. terminum vitæ, num. 22. fo. 2. *Baiard.*

b *Eccleſia quidẽ.*) Cartar. de execut. ſent. c. fin. num. 433. *Roſſ.*

c *Extrema aũt vnctio.*) Cartar. ſup. n. 435. *Roſs.*

d *Sed pone quod.*) Foller. in verbo pœnis debitis feriantur, nu. 18. Cartar. de execut. ſent. d.c.fi. nu. 453. *Roſs.*

e *Quod quando offic.*]
3 Adde, † quod idem tenet Rip. in tractat. de remed. præſeruat. contra peſtem

QVÆST. XCIX.

1 *QVærò, [a] quæ ſit forma exequendi ſententias corporales? Reſpondeo, quod, ex mandato iudicis reus conſignatur collaterali, qui præeſt ſatellitibus, vt per miniſtrũ iuſtitiæ illam exequi faciat, & ita ſeruatur. Si tamen condemnatio eſt capitalis, laudabilis eſt conſuetudo, quod talis ſententia intimetur condemnato per virnm religioſum, qui accommodatis verbis reo mortem denunciat, illumque hortatur ad patientiam, & pænitentiã peccatorum ſuorum, & ſacramenta eccleſiæ ſuſcipienda & vbi ſupplicium in alium diem differatur, mittuntur etiam viri regilioſi, qui eum confortetur, prout etiam ſeruari atteſtatur Paris Put. de ſynd. f.208. in verbo, Condemnatio c. 2. nu. 1. Marſ. in pract. crim. §. quoniam poſt nu. 51. Et dicit pract. Iod. c. 150. nu. 3. quod in hac laudabili conſuetudine omnes fere conueniunt, quam ipſe valde eleganter exornat. Et quia hæc variè in diuerſis locis ſeruantur, attẽdenda eſt conſuetudo vniuſque prouinciæ.*

2 *Sed quid ſi reus nolit pęnitere, nec peccata ſua confiteri? Dixi ſupra q. 96. verſ. Sed pone.*

3 *Sed quæro, nunquid capitaliter condemnatis dandũ ſit ſanctiſſimæ Eucariſtiæ ſacramentum? Reſp. Eccleſia [b] quidẽ permittit illud eis communicari, vt eſt tex. in c. quæſitũ 13. q. 2. Et ita tenent communiter Doct. vt atteſtatur. Ant. Gomeſ. c. 15. delictorum, poſt nu. 6. verſ. Iiẽ adde quòd poteſt. Et dicit pract. Iod. in d. t. 150. nu. 4. quod hunc laudabilem morem ſequuntur hodie pleræq. Romani imperij ciuitates, alijq. pij deuotiq. magiſtratus. Sed in pleriſq. regionibus hoc nõ ſeruatur, & in ſpecie in hoc Ducatu, neque ẽt ĩ Gallia, vt atteſtatur Igneut in l. 1. in princ. n. 6. ff. ad Syl. neque in Hiſpania, ut ait Gomeſ. in loco præalleg. Sciendũ eſt tamẽ, ꝙ vbi eis daretur, eo caſu propter ſãctiſſimi Sacramẽti reuerentiã non deberent illo die, quo communicant, vltimo ſupplicio affici, extrema autem vnctio nõ debet dari capitaliter cõdemnatis. Ita dicũt DD. vt atteſtatur Gomeſ. Arias ſuper 2. lege Tauri, n. 67. et ita in practica obſeruatur.*

4 *Sed pone, quòd in ciuitate nullus ſit carnifex, ſiue miniſter iuſtitiæ, qui ſententiam capitalem exequatur: nunquid poterit iudex propter publicam vtilitatem cogere aliquem hominem liberum, vt ſit carnifex, ſiue executor, etiã quod ipſe in nihilo deliquerit? Reſp. quod ſi eſt vilis perſona: ita tenet Bart. in l. fi. §. Titius, nu 5. ff. de pign. act. quẽ ſequuntur omnes, vt dicit Gaſpar. Valaſ. in repet. l. Imperiũ, poſt nu. 17. ff. de iuriſd. omn. iud. & refert Paris Put. de ſynd. fol. 324. n. 5. quod ita vidit obſeruatum Bononiæ, quod ſcilicet captus fuit quidã peregrinus, licet videretur perſona honeſta, vt decapitaret quendam nobilem: quod (ſecundum eũ) fuit male factũ: nã ad hoc officium nõ debẽt compelli niſi perſonæ uiles, puta, ſerui, et ſimiles. Dicit aũt ibi Paris, [c] ꝙ quando officiales capiunt aliquẽ ſeruum, vel mendicantem pro facienda iuſtitia, debent ei ſoluere mercedem quinque*

aureo-